



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XII. Fragment einer Zinnaschen Kloster - Chronik.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55046](#)

monasteria fuerit, quinque et sic unius est in regalium monachorum annis ergo quod  
non eribiles obirent nisi illi addi esset scilicet in anno obiecto in dicto osirio  
qui dicitur admodum antiquum et nomen eiusdem anno dicitur illi addi  
anno vero, antiquissimum etiam etiam anno dicitur illi addi anno dicitur illi addi anno  
anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno anno  
**XII.**

### Fragment einer Jinnaschen Klosterchronik.

Anno domini Millesimo Centesimo septuagesimo fundatum est presens Monasterium a Wichmanno Archiepiscopo Magdeburgenfi, designato nobis fundo cum terminis distinctis quoad omnem plagam mundi cum villa Czinnow et noua curia et molendino Litzensehe, et successor Wichmanni, Ludolfus nomine, superaddidit nobis villam werder. Item hec prescripta bona habemus ab ecclesia Magdeburgenfi titulo et via donacionis tantum, vti priuilegiis et litteris hec docere possumus. Reliqua omnia, vt sequitur, distractis aliis pernecessariis bonis, que in aliis diuersis principatibus et dominiis habuimus, hec comparauiimus et mutuauiimus a diuersis, vt sic illa in vnum, vti hodie cernitur, comportaremus.

Anno Millesimo ducentesimo quarto, tempore Alberti Archiepiscopi, villam Schleutziger per viam permutationis pro villa Heinrichsdorff a Capitulo Magdeburgenfi acquisiuimus.

Anno Millesimo ducentesimo decimo octauo Emimus villam Sernow cum duodecim mansis, octo ab aluerico et quatuor a duobus vicariis. Reliquam partem eiusdem ville emimus a Capitulo et Episcopo Magdeburgenfi. Actum tempore Alberti Episcopi.

Anno Millesimo ducentesimo XXII<sup>o</sup>. emimus villam welmersdorff alias wenermarisdorff, a Godefrido de Spandow pro vna parte, Reliquam mutuantes ab Henrico de Lype pro quibusdam decimis. Actum tempore Alberti et Conradi Episcoporum.

Anno MCCLXVIII tempore Conradi Episcopi emimus has duas villas Bardeinitz et pechuele a Richardo de Czerwest cum omni iure.

Anno MCCXCV acquisiuimus has duas villas videlicet Kemnitz et Berkenbrugke a Domino Henningo de trebin pro restauro dampni nobis illati tempore Erici Episcopi.

Anno domini MCCLXXXV tempore Erici Episcopi emimus oppidum et castrum

Luckenwalde a nobilibus Baronibus oltzone et wedhegone dictis de Richow cum villis ad ipsum pertinentibus videlicet franckenfelde, Gotzdorff, Frankenforde, Melsdorff, Velgendrewe, Czulkendorff, Rueldorf, Lubetz, woltersdorff, Jenkendorff, Koltzenborg cum omnibus filietis et terminis et Juri- bus suis, pro duabus milibus et quingentis marcis Brandenburgensis argenti et certe multo amplius. Hec omnia cum consensu et voluntate Episcopi et Capituli facta sunt, vbi nos aliis pernecessariis distractis possessionibus et bonis hec comparauiimus, ducentis marcis argenti pro collacione proprietatis dando Episcopo et aliis.

Anno MCCCCVII Emimus paludem Straßbruch per medium sue longitudinis cum quinque villis videlicet Dobrichow, Netkendorff, Henkendorff, Melne, Mertensmole ab uno, qui dictus est Heidenricus de Trebin, dominus in Blanckensehe tempore Henrici Episcopi.

Anno MCCCXVII tempore Borchardi Episcopi Emimus villam Dumdie ab Henrico de Katheritz, milite, cum omni iure.

Anno MCCCXCVII Emimus malleum a viuantz et Joanne fratribus, dictis de Heinrichsdorff, tempore Alberti Episcopi.

Villam preterea Grunow prope monasterium, vti ex relacione seniorum Huius monasterii ante L annos audiuimus, ipse patres nostri per se et propriis sumptibus et manibus exedificauerunt et agros colonis, vti nunc cernitur, sub certo pacto distribuerunt.

Omnia hec bona prescripta patres nostri comparauerunt et magnis laboribus et sumptibus, aliis bonis hinc inde distractis, in vnum comportauerunt ad centum annos et ultra post fundacionem, Solam proprietatem a Capitulo Magdeburgensi et illam non gratis, vti in litteris demonstrare possumus, Habentes.

#### Catalogus Abbatum Coenobii Zinnensis.

I. Ritzo	XI. Hildebrordus	XXI. Matthias
II. Rudolphus	XII. Gerhardus	XXII. Nicolaus
III. Hertelo	XIII. Joannes	XXIII. Benedictus
IV. Guntherus	XIV. Joannes	XXIV. Henricus
V. Wilhelmus	XV. Dithmarus	XXV. Matthaeus
VI. Joannes	XVI. Conradus	XXVI. Valerianus. Dieser ist abgezogen in die Martini MDXLVII. Nach diesem ist der alte Klitzing Abt worden, hatt seine leuse im closter woll abgeschütt, sed ex male qua- situs.
VII. Joannes	XVII. Henricus	
VIII. Conradus	XVIII. Albertus	
IX. Joannes	XIX. Theodoricus	
X. Albertus	XX. Mauritius	